



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Expositio eiusdem super secundam decretalem, Damnamus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Inquisitorum cum Commentarijs.

15

excludendū errorem quorundam, qui dixerunt, quod in sacramēto altaris simul contiūetur substātia pānis, & substātia corporis Christi, quod est contra verbum Domini dicēris: Hoc est corpus meū. Effet enim secundum hoc dicendum magis: Hic est corpus meū. Vt ergo ostēndat, quod in hoc sacramento nō remanet substātia pānis & vīni, sed solum species idēst accidentia sine subiecto: dicit, Sub speciebus pānis & vīni.

Secundo ostēdit, quomodo corpus Christi incipiat esse sub sacramento, scilicet per hoc quod substātia pānis convertur miraculose in substātia corporis Christi, & substātia vīni in substātia sanguinis: Et hoc est quod dicit, Trāfubstātiatis pane in cor pās, & vīno in sanguinem potestate diuina ad mysterium perficiendū vītatis, idēst ad celebrādū hoc sacramētum, quod est signum Ecclesiastī ēē vītatis. Accipiamus igitur ipsi de suo, quod ipse accepit de nostro. In hoc enim sacramēto accipimus de corpore & sanguine Christi, que filius Dei accepit de nostra natura.

Tertio determinat ministrum huius sacramēti, in quo etiam tangit ordinis sacramētū. Et hoc est quod dicit, Et hoc vtique sacramētum nemo potest cōfīcere nisi rite fuerit. Sacerdos ordinatus.

^{† Symmericus} Quod est contra heresim Pauperum [†] Lugdunēsiū, inf. par. 2. q. 14. & Guido Cacelita in posse confidere. Adit autem; Secundum claves summa de hę Ecclesię, quas ipse concessit Apostolis, & eorum reliquo tū de successoribus Iesu Christus. Quod dupliciter potest intelligi, vel quia sacerdos rite ordinatus claves Ecclesię suscepit: vel quia secundum potestatem clavium sacerdotalis ordo confertur. Sunt autem claves Ecclesię auctoritas discernendi, & potestas iudicandi.

Deinde accedit ad sacramētum baptismi: circa quod primo tangit formam cum dicit, Sacramētum vero baptismi, quod ad inuocationem indiuidua Trinitatis, videlicet, Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

Hec est enim forma baptismi: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ut traditur Matth. vlt. Secundo ponitur materia cum diceatur, Consecratum in aqua. Non enim in alio liquore potest hoc sacramētu p̄fici, nisi in vera aqua.

Tertio ostēndit quibus sit conferendum hoc sacramētū, cum dicit, Tam parvulus, quam adulat. Quod ponit ad excludēdū errorem Pelagia-

[†] a. Augusti. Norum, qui dicebant parvulos non habere peccati aus in lib. de origine, propter quod oporeat eos ab aliis per baptismum. Quarto tangit ministrum huius sacramēti, cū dicit, In forma Ecclesię a quoquā rite colatū proficit ad salutem. Quod est contra errorem Donatistarū, qui baptizatos ab hereticis dicebāt non suscipere verū baptismū, sed esse rebaptizandos. Fides autem catholica recognoscit esse verū baptismū a quoquā fuit collatum in forma Ecclesię supradicta.

Deinde accedit ad sacramētum penitentie, dicens: Si post susceptionem baptismi quicquam prolapsus fuerit in peccatum, per veram penitentiam semper potest reparari. Quod ponit ad excludēdū errorem quorundam, qui dixerunt, quod in sacramēto altaris simul contiūetur substātia pānis, & substātia corporis Christi, quod est contra verbum Domini dicēris: Hoc est corpus meū. Effet enim secundum hoc dicendum magis: Hic est corpus meū. Vt ergo ostēndat, quod in hoc sacramento nō remanet substātia pānis & vīni, sed solum species idēst accidentia sine subiecto: dicit, Sub speciebus pānis & vīni.

A ad excludēdū errorem Nojanianorum, qui dicebant quod peccantes post baptismū non possunt reparari per penitentiam. Deinde accedit ad sacramētum matrimonij, dicens, Non solum autem virgines & continentes: verum etiam coniugati per fidem rectam & operationem bonam placentes Deo ad ēternam merentur beatitudinem peruenire. Quod ponit ad excludēdū errorem Tatianorum & Manichaorum, qui nuptias dabant.

^{† Beatus Cy- prianus lib. 2 epistolarum epistola. 8.}
De alijs autem sacramētis mentionem nō facit: ^{† Eusebius lib. 4. c. 27. historia eccl.}

B E I V S D E M S A N C T I T H O M A E.

Expositio super secundam Decretalem.

D Amnamus ergo & reprobamus,] Exposita forma catholicę fidei in precedentibus, in hac decretali damnatur error Ioachim [†] reproba-re volentis doctrinam magistri Petri Lōbardi circa unitatem diuina essentia, & Trinitatem perso-narum. Et ut virtusque intentio plenus videatur, accipiendo est, id quod in precedentib. est dictum:

^{† Vide com- inguarium primam pr- mæ partis Di- rectori.}
quod scilicet sancta Trinitas, secundum communę essentiam est individua, & secundum proprietates personales discreta: ut enim supra expositum est, persona patris non distinguitur a persona filii nisi paternitate, & filius distinguitur a patre filiatione: inquantum scilicet pater genit filium, & filius genitus est a patre, & similiter spiritus sanctus distinguitur a patre & filio, inquantum procedit ab ipso.

Personā igitur in diuinis distinguitur, inquantū persona generat, vel generatur, vel procedit. Si ergo essentia diuina generat, vel procedit, consequens est, quod distinguitur in tribus personis: & quod sicut est alia persona patris, alia filii, alia spiritus sancti: ita etiam sit earum alia & alia substātia, vel essentia. Quod in Arrio damnavit Nicena synodus, afferens filium homonymo patri, id est coessen-tiale & consubstantiale. Quod magister Petrus sequens docuit, quod una est essentia, vel substātia communis patri, & filii & spiritus sancti, quae nec generat nec generatur, nec procedit: ut sit penitus indistincta, ut patet in quinta distinctione primi sententiarum eius. Ioachim autem Abbas Florēsis monasterij, non bene capiens verba magistri predi-cti, reporte in subtilibus fidei dogmatibus rudiis, pre-dictam magistri Petri doctrinam hereticam repu-tauit: imponens ei, quod quaternitatem induceret in diuinis ponens tres personas, & communem essen-tiam: quā credebat sic ponit a Magistro Petro, quā si aliquid distinctionem a tribus personis: ut sic pos sit dici quā quartū. Credebat enim quod ex hoc ipso, quod dicitur, essentia diuina nec est generans, nec genita nec procedens, distinguitur a parte qui generat: & filio qui generatur: & a spiritu sancto qui procedit. Et ideo ipse Ioachim predicitur, & in diuinis nō est aliqua res una, quae sit pater, & filius, & spi-ritus sanctus: sine illa res una dicatur substātia, sine essentia,

E

^{† Vide con-tinuum foli-um San-criti-um, Bucharilla-ram, &c. 1. & 4. foli-um 1. Bi-}
Præcoleol. li. 4. de sectis hereticorum c. 14.

Augusti. Norum, qui dicebant parvulos non habere peccati aus in lib. de origine, propter quod oporeat eos ab aliis per baptismum. Quarto tangit ministrum huius sacramēti, cū dicit, In forma Ecclesię a quoquā rite colatū proficit ad salutem. Quod est contra errorem Donatistarū, qui baptizatos ab hereticis dicebāt non suscipere verū baptismū, sed esse rebaptizandos. Fides autem catholica recognoscit esse verū baptismū a quoquā fuit collatum in forma Ecclesię supradicta.

Deinde accedit ad sacramētum penitentie, dicens:

Si post susceptionem baptismi quicquam prolapsus fuerit in peccatum, per veram penitentiam semper potest reparari. Quod ponit ad excludēdū errorem quorundam, qui dixerunt, quod in sacramēto altaris simul contiūetur substātia pānis, & substātia corporis Christi, quod est contra verbum Domini dicēris: Hoc est corpus meū. Effet enim secundum hoc dicendum magis: Hic est corpus meū. Vt ergo ostēndat, quod in hoc sacramento nō remanet substātia pānis & vīni, sed solum species idēst accidentia sine subiecto: dicit, Sub speciebus pānis & vīni.

essentia, sine natura: bis enim tribus nominibus idem intelligimus.

Sed ne videvetur totaliter à fide Nicana synodi recedere, concedebat, & Pater, & Filius, & Spiritus sanctus sunt una essentia, una substantia, una natura, quasi una essentia possit praedicari de tribus personis: ut dicamus, tres personae sunt una essentia non autem e conuerso: ut dicatur, una essentia est tres personae. Sed in hoc ipso, quod concedebat tres personas esse unam essentiam, vel substantiam, vel naturam, non babebat sanum intellectum. Non enim ponebat unitatem essentiae triu personarum esse ueram, realem & simplicem: sed quasi similitudinariam & collectivam, id est, quasi ex pluribus cogere gam: sicut multi homines dicuntur unus populus: & multi fidèles dicuntur una ecclesia, secundum il lud Act. 4. Multitudinis credentium erat cor unum & anima una: & secundum illud apostoli prime ad Cor. 6. Qui adhaeret Deo, unus spiritus est, scilicet cum ipso: & prima ad Cor. 3. Qui plantat, & qui rigat, unum sunt. Præterea prima ad Cor. 12. & ad Romanos 12. Multi unum corpus sumus in Christo: & 3. Regum 22. dixit Iosaphat rex Iuda ad regem Israel. Populus meus & populus tuus unus sunt: quoniam quibus omnibus significatur unitas collectiva, & non vera & simplex. Quod autem secundum hunc modum dicervet esse una substantia, vel essentia, vel natura triu personarum, probare nrebatur quibusdam auctoritatibus. Dicitur enim 10. 17. quod Dominus pro fidelibus suis patre exrans inter cetera dixit: volo pater ut sint, scilicet fideles mei, unus in nobis, id est in me & in te per fidem & charitatem, sicut & nos unus sumus: & tandem in patria sunt consumati in uno. Ex quo sic arguebat. Fideles Christi non sic sunt virum, ut sit aliqua una res, que communis sit omnibus: sed sunt quodammodo unum collectione, id est una ecclesia propter unitatem catholicæ fidei: & tandem erunt in patria unum regnum, propter unionem indissolubilis charitatis, quia charitas via dissoluti potest per peccatum: charitas autem patriæ indissolubilis est.

Inducebat enim ad suæ opinionis assertionem & dicitur 1. Ioan. vlti. Tres sunt qui testimonium dant in celo: Pater verbum, & Spiritus sanctus. Pater quidem cum dixit, Hic est filius meus dilectus: & hoc in baptismo, ut dicitur Matth. 3. & in transfiguratione, ut habetur Matth. 17. Filius vero dedit testimonium fidei Christianæ per doctrinam et miracula. Unde dicit Ioan. 8. Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso: & testimonium perhibet de me qui misit me pater. Spiritus sanctus testimonium perhibuit in specie columba super Christum apparensem in baptismo: & per aduentum suum in discipulos Christi: & ad insinuandam unitatem triu personarum, subditur. Et hi tres unum sunt: quod quidem dicitur propter essentiae unitatem. Sed hoc Ioachim peruerse trahere volens ad unitatem charitatis & consensus, inducebat consequenter auctoritatem. Nam subditur ibidem, & tres sunt qui testimonium dant in terra, scilicet spiritus, aqua, & sanguis. In quibusdam libris additur: & hi tres unum sunt. Sed hoc in veris exemplaribus non habetur.

A Sed in quibusdam libris dicitur esse appositum ab hereticis Arriani ad pervertendum intellectum sanum auctoritatib. premissæ de unitate essentiali trium personarum.

Similiter etiam Arriani rebant illa auctoritate, ut sint unum in nobis, sicut & nos unum sumus, ad ostendendum quod pater & filius non sunt unum: nisi secundum consensum amoris: sicut & nos, ut pater per Augustinum & Hylarium, qui dicit, hunc fuisse peruersum sensum Arrianorum. Unde manifestum est, quod Ioachim in errore Arrianorum incidit: licet non pertinaciter: quia ipse scripta sua apostolice sedis iudicio subiecisset, ut infra dictetur: & ideo consequenter ponitur determinatio, ratur po cilij pro veritate. In qua quidem determinatione in commaratio 1. 1. partis, quinque facit. Primo enim assertur veritatem, quam magister Petrus docebat, scilicet, quod diuina essentia est quadam summa res incomprehensibilis conjugata, & ineffabilis verbo: de qua vere prædicantur tres personæ, & simul & singillatim. Potest enim vere dici, quod essentia diuina est pater, & filius, & Spiritus sanctus. Et iterum vere dicitur, essentia diuina est filius, diuina essentia est Spiritus sanctus. Quod quidem in nobis non accipit. Non nam essentia Petri est Petrus: sed essentia Dei patris est ipse pater, quia Petrus est ex multis compositus: non autem persona patris, neque persona filij, ne persona Spiritus sancti.

Secundo ubi dicit. Et ideo in Deo, &c. solvit rationem, quam pro se inducet Ioachim. Est enim considerandum quod nihil commemoratur alijs nisi qd ab eis distinguitur. Unde cum animal non distinguatur ab homine, equo, & bove: quorū quodlibet est animal; ideo non possumus dicere, quod homo, & equus, & bos, & animal sunt quatuor: sed sūt tria tātum: quia quodlibet illorum est animal. Ita quia qualibet triu personarum est illa res, scilicet diuina essentia, vel natura, non potest dici, qd tres personæ illa res sunt quatuor: quia illa res nō est alii quid alia a tribus personis. Quod quidē probat. per hoc quid sola diuina essentia est principium creans universa. Ita qd nihil potest inueniri præter diuinam essentiam, quod scilicet nō sit idem bū, essentia diuina: vel non sit creatū ab ea: tres autem personæ non sunt create a diuina essentia: quia increatus pater, & increatus filius, increatus Spiritus sanctus: quoniam non possumus dicere, quod pater est principium univerorum, & similiter filius, & Spiritus sanctus. Unde manifestum est, quod diuina essentia non est aliud quid alia a tribus personis. Unde non est quaternitas in diuinis: sed Trinitas.

E Sed quia Ioachim credebat quod ex dictis Magistris sequeretur, quod esset essentia distincta in tribus personis: ideo tertio cum dicit, Et illa res non est generans, &c. ostendit quod hoc non sequitur. Verum est enim quod possumus dicere, quod diuina essentia non est distincta in tribus personis. Ex hoc enim aliquid est distinctum in diuinis, quod est generans, vel genitum, vel procedens, ut dictum est. Possumus tamē dicere, quod essentia diuina est ille qui distinguitur, id est pater qui distinguitur a filio: & similiter possumus dicere, qd essentia diuina est pa-

Inquisitorum cum Commentarijs.

17

A Et Pater qui generat: & est Filius qui gignitur: et est Spiritus sanctus qui procedit. Ita scilicet quod de similitudinibus importat et per hec tria adiectiva: generans, genitum, & procedens, determinant ipsas personas, de quibus praedicatur predicta adiectiva: non autem essentiam, vel naturam, quae non distinguitur. Non ergo sequitur quod Iacobus putabat. Essentia non est generans; Pater est generans: ergo essentia non est Pater. Quia et si essentia non generat: est tandem ille qui generat, id est Pater: & similiter essentia non nascitur, sed est ille qui nascitur, id est Filius neque essentia procedit, sed est ille qui procedit, id est Spiritus sanctus.

Quarto cum dicit, Licit igitur alius, &c. concludit qualiter secundum fidem catholicam sit signanda distinctione personarum. Circa quod considerandum est, in diuinis masculinum genus referunt ad personam, neutrum autem genus referunt ad essentiam vel naturam. Sicut etiam in rebus humanis per masculinum genus querimus de persona: sicut, Quis currit? Petrus. Per neutrum genus querimus de natura: sicut, Quid est homo? animal rationale. Quia igitur in diuinis essentia est indistincta, personae vero distinctae: ideo, nominibus distinctius retinetur in diuinis in masculino genere: non autem in neutro. Dicimus enim quod lumen sit aliud Pater, & aliud Filius, et aliud Spiritus sanctus, non tamen sunt aliud & aliud: quia non est aliud as in essentia, & si sit aliud as in personis: sed id ipsum quod est Pater, & Filius, et Spiritus sanctus: quia est eadem essentia trium. Et propter hoc sunt omnino idem, si idem sit neutri generis: quia hoc pertinet ad identitatem essentiae, non autem sunt idem masculine: quia hoc tolleret distinctionem personarum. Ideo autem oportet quod sint idem naturaliter, ut credamus esse consubstantiales, secundum fidem orthodoxam, id est recte gloriantem: ad orthos quod est rectum, & doxa quod est gloria: & catholicam, id est universalis: sicut supra expositum est. Hoc enim determinatum est in Nicene synodo, quod filius sit homousyon, id est consubstantialis Patri.

Quinto cum dicit, Pater enim ab eterno, &c. probat, quod una & eadem sit essentia trium personarum. Pater enim generando filium dedit ei substantiam suam: cum generare nihil aliud si quam ex substantia sua aliun producere. Et sic ab eterno Pater genuit Filium, non quidem prius non existentem: ita etiam ab eterno Pater dedit substantiam Filio, non quidem quasi prius non habenti: sed quia ab eterno eam ab alio habuit, id est a Patre. Et de ista datione ipse Filius Dei testatur, Io. 10. Pater meus quod dedit mihi, maior omnibus est. Id enim quod est maximum, est diuina essentia. Scendit tamen, quod aliter se habet in generatione humana & aliter in diuina. Quia enim natura humana diuisibilis est, potest homo generans partem substantiae sua transfundere in Filium. Diuina autem natura est simplex et indiuisibilis: & ideo subiungit, Quod non potest dici, quod Pater partem substantiae sua Filio dederit. Similiter etiam non potest dici, quod Pater dans substantiam suam filio, ea sibi non retineretur: quia sic Pater desuisse esset diuina sub-

stantia. In corporalibus enim quod datur, non retinetur: sicut qui dant equum, non retinent ipsum: sed in spiritualibus simili datur aliquid & retinetur: sicut qui communicat aliis scientiam, retinet ipsam. Pater igitur quod Filius sineulla diminutione accepit nascendo substantiam Patris: & pater ea retinet. Unde sequitur, quod Pater & Filius habeant unam substantialitatem. Et eadem ratio est de Spiritu sancto, qui ab utroque procedit. Pater autem est substantia sua, quia non est in eo aliqua compositio et similiter Filius, & Spiritus sanctus. Cum ergo sit una essentia trium: sequitur quod una res, quae est diuina essentia, est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Et ideo irrefragabiliter est probata sententia magistri Petri Lombardi, & per consequens dictum Iacobim confirmatum.

Sexto cum dicit, Cum ergo veritas pro fidelibus, &c. ponit auctoritates, quas male intellectas pro se Iacobum inducebant. Quod enim Dominus orans pro fidelibus dicit: Volete ut ipsi vnum sint in nobis; sicut & nos vnum sumus: sic inducebant Iacobum ac si eodem modo accipendum esset hoc quod dicitur vnum in nobis, & in diuinis personis. Hoc autem est falsum: quia in fidelibus sic accipitur, ut intelligatur unitas charitatis per gratiam; in diuinis autem personis sic accipitur, ut intelligatur unitas eiusdem naturae. Et hoc probat per simile: quia Dominus dicit Matth. 5. Estote vos perfecti, sicut & Pater vester celestis perfectus est. Non tamen est id modus perfectionis humanae & diuinae; quia non potest esse tanta similitudo inter creatorem et creaturam, quin maior inueniatur ibi dissimilitudo, propter hoc quod creatura in infinitum difficit a Deo.

GLO. SVPER DECRETALES
Tit. de summa Trin. & fide Cath. de uolumine maiori Decretalium.

D  *VONIAM* omne quod non est ex fide, peccatum est. 58. q. 1. §. 1. ad R. 14. & infra de prescr. quoniam omne. & ordo nostrae reparationis a fide sumpsit exordium; ideo de fide catholica primo est agendum.

Et quia in fide primo instrui debemus, ut sic ad baptismum creduli veniamus. de confec. dist. 4. ante baptismum. videndum est ergo, quid sit fides prout hic accipitur, et quorū modis accipiatur fides, et quorū sim species fidei, & quorū articuli, quod præmū credentium, & quae sit pena non creditum. Fides enim multis modis dicitur. Dicitur fides quandoque idem quod sacramentum baptismi. 45. dist. de Iudais. & infra de bapt. & eius effectu, debitum.

Item dicitur fides, castitas thori. 27. q. 2. coniuges. 28. q. 1. caue. & infra, de iureiur. quemadmodum, & est vnum de tribus bonis matrimonij. ea. causa, & questione, scilicet, 27. q. 2. omne itaque in fraude condit. appo. cap. vi.

Itē dicitur fides securitas, sive pactum, quae et iā hosti feruanda est. 23. q. 1. noli.

Item dicitur fides, quandoque conscientia. infra, de resti. spoliat. literas. §. nos autem, circa principiū,

B & in-